



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani  
Ivrivm Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii  
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum  
Patroni**

**Rebuffi, Pierre**

**Coloniae, 1610**

Forma literarum executorialium mandati apostolici.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

gl. tempore vacationis. de coll. sup. Fel. lat. scri-  
bit in c. eam te in fi. de resc. & lino. in cle. vlt. vbi  
distinguit vndecim casus illos. Et in vlt. re-  
pentinone quā hic feci, sustinui conclusionē, in  
mandatis tempus data non attendi: & re-  
spondebā ad c. eam te. ibi, si datā literarū di-  
ligentius attendisses, qđ ibi nō probat datā  
debere inspici, quia cōditio nō ponit. Si re-  
spondi ad c. constitutus, qđ non attendeba-  
tur tēpus datæ, quia non expresserat, quod  
debebat, videlicet numerū canonicorū, &  
sic mandatū non valebat: idē responderē  
ad d. c. sicut tempore. Nec me conturbauit. ca.  
duobus. de resc. in 6. ibi, si non appareat, quis pri-  
mō imperauerit, quia ibi nō debuit sumi ar-  
gumentū à contrario: nā esset contra iura,  
& resultaret iuriū correctio. gl. in c. cupien-  
tes. §. quod si per viginti. de cle. in 6. Minus dixi  
facere c. eum cui. de prob. in 6. Nam ibi hoc est  
ratione canonicatus collati, quia ius erat  
acquisitū ratione illius c. sicut ius. alio tē. Et  
sic potest sustineri ista conclusio. quidā op-  
posuere. d. c. si super gratia. de offic. de leg. in 6.  
quod nil facit, & in actu disputatio pote-  
rit sic responderi.

Notandum est, quod vltima linea huius  
mandati debet compleri & finiri cum aliis  
æqualis, nec debet pars eius prima vel vlti-  
ma vacua remanere, & potest continere  
hoc videlicet, Datū Romæ tertio Ca. end.  
Ianu. pontificatus nostri anno secundo, &  
non debet breuiari sic, anno secundo, quia  
hæc dictiones numerales, vt videtur falsitas  
(quæ frequens est, maximē in beneficiis  
propter dulcedinem illorū, vt experientia  
docet, & dixi in bulka cæne Domini, art. 4. in  
verbo, excedentes) debēt extensē scribi. Reg.  
cancel. i. a. nisi in nomine pontificum, vt tē-  
pore Innocentii Papæ III. Eugenii Papæ  
V. & sic de reliquis. Prouinc. fol. 4. vers. hodie.  
& tota debet compleri linea, in qua scribi-  
tur dictio Pontificatus, & nō debet in aliā  
terminari, nec debet hæc data duas inte-  
gras lineas cōtinere, imō in initio penulti-  
mæ lineæ necesse est ad minus duas dictio-  
nes præcedentis clausulæ contineri, teste  
Arch. in summa. 25. q. 2. vbi plus dicit, qđ vna  
litera non debet poni super aliā causa ab-  
breuiandi, vt pontifex, sed ad longū scribi

Nota quod  
modo de-  
bent scribi  
duæ vlti-  
mæ lineæ  
mandati.

debet pontifex, teste spec. de resc. pre. sen. §. pri-  
mo igitur. col. 3. vidi tamen contrariū seruari  
& dixi sup. in prin. huius forme. glo. n. ideo in  
pen. linea mandati sic solet scribi, si patiat-  
tur. Datū Romæ apud sanctum Petrū in  
incarnationis dominicæ. 1535. Postea in li-  
nea vltima sequentia scribuntur, incipien-  
do à principio vsq; ad finē, licet sit aliquod  
spatium in medio dictionum, non in prin-  
cipio lineæ vel in fine non vitiat, vt sic, Ter-  
tio Nonas Iunii pontificatus nostri, Anno  
Secundo.

Et in literis Apostolicis, nō scribuntur  
hodie diphthongi, licet olim in aliquibus  
literis antiquissimis inueniantur scriptæ:  
quod voluit Pius Papa II. fuscitare, & sty-  
lum abbreviare, ac reformare, quia nō est  
cum venustate verborum & elegantia cō-  
positus, vt testatur Prouincia fol. 14. vbi et-  
iam dicit anno bissextili scribi debere pri-  
mum diē bissextili sic, primō sexto Cal. Fe-  
bruarii: & secundum sic, secundo sexto  
Cal. Februa. quod facit ad intellectum. l.  
eum bissextilis, & ibi dixi. f. de verb. sig.

Forma literarum excoctorialium  
mandati Apostoli.



Simili modo Leo, & c. Di-  
lectis filiis N. & N. ac N.  
officialibus a salutem & in  
Apostolicam benedictionem. Ho-  
die cupientes vt dilecto filio N. cle-  
rico N. diocesis, iuxta illius quæ  
olim per felicis recordationis Ge-  
gorium Papæ IX. prædecessorem  
nostrū ad tunc episcopū Nouion.

**O**fficialibus.) Et sic requiritur qđ  
executores huius mandati Aposto-  
lici habeant dignitatē, de qua loquitur c. sta-  
tutū in prin. de resc. in 6. Post et tñ vnus articu-  
lus continens merū factū, vt pote missio-  
ne in possessionē, cōmitti alteri etiā non habe-  
ti dignitatē, per gl. sup. in cle. vna. de off. del. q.  
& qđ requiritur aliqua purificatio gratiæ,  
potest executor etiā non constitutus in di-  
gnitate dari, & qualitates. c. statuti. in exe-  
cutor.

Diphthongi  
in literis  
antiquis

Executores  
mandati  
debet esse  
in dignitate

Mon  
cap  
179

estoribus datis in literis gratiosis non requiruntur, teste Fel. in c. postulasti. col. 3. v. erf. dum declarat albas. de rese. Can. in cle. 1. q. 15. illo tit. Old. conf. 295. oria mater. De stylo tamē est, vt constitutus in dignitate cōmittatur, vt hic patet sic dicitur lo. And. & Perus. in d. c. statutu. q. in nullo. [Et hoc tenet curia Ro. vt doc. Coll. in c. proposuit. col. 1. de concef. prab.]

Et hoc quā sunt executores ad prouidēdū, secus si ad compellendū, qā tunc sunt nudi ministri, teste Gom. in trac. mand. in d. forma. & ita debet intelligi Rota decis. 369. si in forma com. & seq. in nouis. & dec. 397. not. quod si in forma. ac dec. 565. v. rui. cap. in antiq. vbi latius videre licet. & in deci. 7. v. rui. de rese. in compi. Bern. de Bisgnet. per A. ufr. in dec. Tholo. q. 205. [ac Staph. in d. mand. forma.]

Ego putare idē in executore ad cōpellendū, quia nō potest cōpellere, nisi per ex-cōmunicationem, & aliis iuris remediis, vt not. doc. in c. si soli de concef. prab. in 6. ergo nō est nudus minister, qui de tacto cōpellere possit. arg. l. si. C. de act. emp. in Francia fiunt omnes executores ad prouidēdū, non ad cōpellendū, vt inferius in hac forma patet.

Intellige officialib. principalib. cōmitti posse: nā foraneus nō potest esse delegatus Papæ, nec mandatū exequi. text. in cle. & si principalis. de rese. ergo hac appellatione officialis venit principalis, & non foraneus. arg. S. sed ius quidem. in st. de iur. natura.

Monachus an possit esse officialis.

An monachus possit esse officialis: quod sic, de licentia sui abbatis, concludit Rota decis. 284. nota quod monach. in antiq. & in rub. de of. vic. dist. 4. ac Guido Papæ dec. 563. an monachus. Item requiritur quod hic executor sit certus. cap. tibi. tibi. cerio executore. de rese. in 6. si Apost. de prab. ibid. c. ne capiande. de concef. prab. eo lib. nec valeret si cōmitteretur omnib. & singulis, quib. præsenteretur mandatu sicut literæ iudiciū seculariū. Domini. cōf. 75. in caus. vbi etiā dicit executorē posse de legare alteri: debet tamen ille esse certus per prædicta. per rex. in c. is cui de of. deleg. in 6. ille tamen sub executor debet esse clericus & habere qualitates. d. c. statutu. teste de Rota dec. 99. not. quod executor. in antiq. & sequi. lo. Staph. in tra. de literis gratiis. in forma. executor. fol. 42. & seq. Itē quando scribitur officiali,

non dicitur talis ecclesie, quia non scribitur nisi officiali maiorum prælatorū, & quod in Francia solet cōmitti officiali, in Italia vicario. teste Prouinciali. fol. 14. & 75. Rub. de iud. & eorum ordine.

Quod si executor mortuus fuerit, & nunc vacat præbenda, quis exequitur, an mādataris autoritate ppria possit intrare præbendam. vide Col. in c. relaxu. col. vlt. de prab. alleg. Arch. in c. si postquam. col. 1. ubi in 6. & quod ad Papā redit tradit Arch. in c. in dilectus. col. vlt. de iur. par. quia ab eo potestas emanauit, nisi sub nomine dignitatis alicui cōmissum esset, tunc quia dignitas non moritur. c. si gratiose. de rese. lib. 6. is qui ad eandē subrogaretur dignitatē exequi possit. cap. quoniam. de of. deleg. bonū est ergo duos habere executores vel tres. vel quod ille subdeleget, antequam moriatur.

Executore mortuo quis exequitur.

Si verò executor fuerit ex-cōmunicatus potest conferri beneficium autoritate Apostolica, & collatio valebit, vt cōcludit Do. de Rot. in dec. 129. not. quod executor. in antiq. si tñ valide & cū effectu semel cōtulerit, non poterit postea cōferre, alias secus. Cass. teste, in dec. 9. de concef. prab. post. Coll. in c. de re iud. qui in. & alii sequunt. ibid. Et an possit executor regulari, qd non tenet Inn. in c. proposui de concef. prab. nisi assumeret partes iudicis, quod in hoc regno facere potest. Ant. Burr. in c. nouit. in st. de app. Pan. in c. sup. quest. col. 3. de of. deleg. nec potest dari executoris, cui directum est mandatum, quia non possit seipsum cogere. arg. c. si. de inst. & est ord. regi. rub. des. mandatz. art. 5.

Executor conferri sine citatione.

directa extitit, quæ incipit, Mandatu, & aliarū duarum illam immediatē sequentiū decretaliū formas de canonicatu & præbēda, aut dignitate, personatu, administratione, vel officio ecclesie N. aut alio beneficio ecclesiastico cū cura vel sine cura prouideri possit; motu pprio venerabili fratri nostro episcopo N. & dilectis filiis capit. singulisq; cāonicis ecclesie N. p aliās lite.

literas nostras mandauimus, quatenus si eis communiter vel diuisim pro alio non scripserimus, qui simile mandatū aut similem gratiam prosequeretur, eidē N. canonicatum & præbendam, aut dignitatem, personatū, administrationem, vel officiū, aut beneficiū, ecclesie N. aut aliud beneficium ecclesiasticum ad eorum collationē prouisionem, præsentationē, nominationem, seu quamuis aliam dispositionem cōmuniter vel diuisim pertinens, si quē, quam, vel quod, post mensem post præsentationem earundē literarum vacare *a* contigerit, cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertinentiis suis, prout ad eos communiter vel diuisim pertineret, conferrent, & assignarent, aut eum ad illa præsentarēt, eligerent, nominarent, seu de illis prouiderēt, prout in eisdē literis plenius *b* cōtinetur Quocirca *a* *Vacare.*) Ergo ante vacationem executor conferre non poterit. *text. in cap. proposuit. & ibi plenē doct. de concess. præb. potest tamen conferre sine vocatione illorum quorum interest: licet doct. varia dixerint in c. dudū. de præsum. & in d. c. proposuit. tamē pro hoc est text. in c. si capitulo. in fi. de concess. præb. in 6. Spec. in tit. de actio. sen peit. §. super petitionib. vers. hoc quoque sciendum.* *b* *Plenius continetur.*) Et sic plenius loqui debet mandatū, quam literæ executoriales, nam si omnes modi vacant in mandato sunt expressi, & vnus tantum in literis executorialibus, tunc sufficit, secus contra. *cle. 1. §. ad hæc. & ibi Bonif. in 4. de præb. cle. vna. in fi. de concess. præb. & si prædixi. & si in literis executorialibus sit*

aliqua clausula superflua, non debet vitare mandatum, quia non debet vitari principale ab accessorio, vel ab eo, quod sine eo stare potest. *l. cum principalis. ff. de reg. iur. id. executoria eo hoc anno 1537. in quadragesima fuit lib. forma pronunciatum pro mandato, in cuius literis executorialibus. erat apposta hæc nō vitans clausula contradictores per censuram, & prout iustitia suadebit ad hoc compellendo.*

discretionem vestram per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum *a* per vos, vel alium, seu alios, si episcopus, capitulum & canonicum prædicti canonicatum, & præbendam, aut dignitatem personatū, administrationem, vel officium, aut beneficiū huiusmodi eidē N. conferre, & assignare, ac de illis etiam prouideri *b* recusauerint, seu distulerint, *c* aut

*a* *Vnus vestrum.*) De hac clausula est text. in c. prudentiam. de offi. dele. ubi dicitur quod si hæc clausula non inferatur, vnus sine altero procedere non possit. *c. in dilecti. & ibi lmo. de consp. & pen. de iudicib. est text. in l. duo. ff. de re iud. idem in arbitris. l. si in res. ff. de recept. arb. vide tamen text. in c. 2. de arbit. lib. 6. idem in procuratoribus vide in text. in cap. fin. de rest. illi lib. & in tutoribus præstantibus autoritatem. l. fin. C. de autho. præst.*

Et nota quod in beneficalibus valet id quod fit ab vno, alio impedito, vel nolente procedere, licet de impedimento vel voluntate non constet alteri, secus in aliis. *text. in c. suscipiatis. de refer. & ibi Felix. col. 6. vers. oportet notum: quod est sing. secundū Roma. sing. 13 si causa. qui in istis beneficalibus ita solennis additio vel requisitio nõ requiritur, sicut in prophanis. arg. cap. dilecti de iud.*

*b* *Recusauerint.*) Recusare nõ dicuntur,

*Recusare quando quis dicitur.* tur, nisi fuerint recu-  
 sita. c. clericus. de preb. in 6. & ideo debet vacante beneficio mandatarius requirere ordinarium, & facta requisitione, si recuset, deuoluitur potestas ad executorem, vt debet mandatarius requirere executorem, vt praestituit certum tempus ordinario ad conferendum mandatario, intra quod si non conferat, apparet negligentia ordinarij, ideo deuoluitur potestas ad executorem. ca. si capitulo. de concef. preb. in 6. glof. in c. significauit. de offic. ord.

Secus ergo quando datur executor pure, id est, sine negligentia & recusatione: nam tunc facta vacatione executor conferre poterit, nec mandatarius ordinarium requirere tenetur. c. 1. & ibi gl. & doct. de concef. preben. in 6. & in d. c. si capitulo. D. Gomez. in tract. manda. in 4. forma. & sic in hoc casu executor non habet potestatem conferendi, nisi recusante, negligente, vel differente ordinario. d. c. si capitulo.

Nec executor posset compellere collatorem ad conferendum, quia eidem hic non est data potestas, & forma mandati est diligenter obseruanda. l. diligenter. ff. mand. sed postquam executor contulit, potest compellere canonicos, vt mandatarium recipiant receptione facti, alioqui non fieret vera executio, secundum loa. And. & Colo. in d. c. si capitulo. in 6. Quod non seruatur in hoc regno. vide Bonif. in cle. si plures. col. vl. de preb. Et si executor primam dignitatem seu beneficium mandatario non contulerit, cum extincta sit sua potestas alterum conferre non poterit. c. si cler. & ibi Domi. de preb. in 6. Bal. in c. 1. col. 1. de rei iud.

Fallit si primum non esset debitum mandatario, quia tunc non est extincta gratia, seu mandatum, & sic nec executoris potestas, in casibus, quos notaui in §. declarantes. in verbo, comprehensa. de mand. Apost. supra. & quid si non debitum contulerit, an sua potestas expiret? alias scribam dum operipretium fuerit.

Nota quod hic executor non poterit providere de beneficio, quod de iure tantum vacat, non de facto. Anch. in reper. cap. si propter. col. 39. vers. & istam distinctione. de reser. in

6. prout refert Fel. in c. in nostra correla. 36. ver. 6. no. illo ut. quia non dicitur simpliciter vacare, quando vacat tantum de iure. imo. per illum tex. in d. c. cum nostris. col. 2. de concef. preb. & in c. proposuit. col. 2. ibid. & quando dicatur vacare de iure, & non de facto, declarat Hosti. in summa. de concef. preb. & doct. in d. c. cum nostris.

Item hic vicarius generalis, cui est data potestas conferendi per episcopum, iuxta c. vl. de offi. vica. in 6. non potest conferre beneficia autoritate Apostolica, si episcopus erat datus executor, quia episcopus non commisit ei, nisi ea, quae sunt ordinariae iurisdictionis suae, & quae ad suam ordinariam iurisdictionem spectat. ca. 1. vers. nec pro eo. de offic. ordina. in 6. Ideo episcopus constituendo generalem vicarium, non videtur committere, si non exprimat, nisi ea quae competunt sibi ratione iurisdictionis ordinariae. argu. cle. 2. de relig. dom. c. qui ad agendum. de procu. in 6. sic consuluit Feder. cons. 130. Factum est tale, quae di domus. in fin. & commissiones papales non procedunt ab ordinaria iurisdictione. tradit gl. in §. visum est. in verbo, legatorum. de collat. in prag. Ideo noua commissione seu delegatione indigent, quia de nouo emergunt. l. de a. tate. 3. ex causa. ff. de interro. actio.

Sicut episcopus non potest cognoscere quando causa est delegata suo officiali, quia in potestate delegata separatum est auditorium episcopi ab officiali. argu. ca. bi si officialis qui. de prebend. in 6. & hoc expressius firmat lmo. in cle. 2. col. 4. de reser. dico abunde in praxi ca. benefic. paulo post prin. vbi plene materiam vicarij explico.

Quaero quando dicatur recusare? Resp. Quando conferre non vult requisitus. Arc. per illum tex. in c. cum plures. de offic. deleg. in 6. & vitium no. Arch. in c. si. de excep. eo. lib. & recusare dicitur qui debite requisitus sine causa rationabili differt. §. fin. in auct. vt exactio instante dotis. colla. 7. facit l. tutor. qui repertorium. §. si deponi. ibi. si praecceptum est. & neglectum. ff. de admini. tut. & sic oportet, vt de voluntate appareat quod fiat requisitio. Arch. in d. c. cum plures. in fi. Et an sufficiat vna requisitio, quod sic, dixi in rub. de frim. E E e e

*Differre  
quando  
dicatur  
ordina-  
tum.*

*ap. inf. & gl. in cl. dudum, in verb. recusaverint. de sep. § si verb.*

**C** *Distulerint.*) Differre dicitur quando non confert intra sex menses. c. 2. de concess. preb. vel si non confert intra tempus ab executore præstitutum: vt no. in c. si capitulo de concess. preb. vel verius, quando est requisitus à mandatario ordinarius, & non confert, ita seruatur, vt facta per mandatarium requisitione, si ordinarius non conferat executor conferre possit, non expectato alio tempore, vt in gloss. seq. dico in casu negligentie, sic quando differt. Si tamen ordinarius mortuus esset, cui directum est mandatum, tunc poterit mandatarius requirere capitulum, quod potest conferre beneficia, quorum collatio est necessaria, vt in hoc casu, secus in voluntaria. c. 2. & ibi interpretes. ne sede vac. gl. in verbo. disposuerit. in § si quis verb. de coll. supra. & in tracta. de pacif. pos. in §. & si capitulum recuset executor conferre poterit, quod est menti tenendum. [Et tutius est sine capitulum conferat, si e non, quod semper mandatarius collationem, ab executore obtineat.]

negligentes fuerint a canonica-  
tum & præbendam, aut digni-  
tatem, personatum, administrationem  
vel officium seu beneficium  
huiusmodi cum plenitudine iuris  
canonici, ac omnibus iuribus  
& pertinentiis supradictis eidem  
N. b conferre & assignare, nec non  
eundem N. ab illa (vt moris est)  
admittere, & in canonicum recipere,  
& in fratrem (stallo sibi in choro,  
& loco in capitulo assignatis)  
omnia que c & singula alia in  
dictis literis contenta, aliàs iuxta  
earundem continentiam, atque  
formam in omnibus d, & per omnia  
facere,

*De negligentia con-  
ferre debet.*

**A** *Negligentes fuerint.*) Et si ante negligentiam vel recusationem nil tenetur

facere hic executor datus ad prouidendum, tenebitur tamen postea facere processum, vt cognoscatur eum seruasse mandati formam: secus quando Papa confert, quia tunc executor, nec quidem processum vel aliud facere tenetur, vt expressè tradit Dominus in cons. 14. in hac causa. col. 2. Item facit capitulo de concess. preb. in 6. vbi executor datus vt prouideat in negligentiam capituli, debet prius terminum competentem præferre capitulo, quo elapso & non ante prouidere poterit, quia non potest detegi negligentia, nisi assignetur terminus ab homine. gl. & ibi P. anorm. in c. extirpanda. §. qui vero. de preb. ex. in c. si tibi abenti. illo tit. in c. l. mancipiorum ff. de optio. leg. Felin. in c. si autem. col. 2. vers. negligentia. de rescript. in hoc tamen regno sufficit quod pars requirit ordinarium, vt sibi conferat, & si collator recuset, poterit executor conferre iuxta formam hic datam, quæ tam in casu recusationis negligentie, quam dilationis, negotium executorij committit, per ea que dixi in glo. prox. Quomodo sint in his casibus puniendi collatores recusantes, vide que pleni dixi in tract. no. q. 19.

**b** *Conferre.*) Ergo executor apostolici Patrons per hunc text. potest conferre beneficium, etiam si patronus non præsentet, quia non mandat Papa præsentare, quando patronus recusat, vel negligit seu differt, quia iuxta mandatum debet executor facere. c. cum dilecta. de refer. & vt videtur circ. euitus. de auditor. de rescr. l. domi. ff. de condi. indeb. & quia executor præsentando non assignaret beneficium cum omnibus iuribus quod vult hic text. fieri debere, imo si reculante patrono executor præsentaret episcopo, qui recusaret, functus esset executor officio suo & recursus haberi fortè deberet ad Papam, & quia verbum conferre est latum, vt etiam comprehendat præsentationem, vt supra dixi in §. statum. 2. in gl. conferantur. de colla.

Nec refragatur c. super eo. de offic. deleg. quia loquitur in rescripto iustitie. [Nam ibi Papa commisit quæstionem quæ de præsentatione vertebatur alicui terminandam, ideo de hac quæstione potest cognoscere, hic Pa-

hic Papa collationem commisit, & sic loquimur hic ] in rescripto gratia, quod est ampliandum, tum in fauorem cultus diuini: & qui insurgit ex collatione executoris, quia non diu vacant ecclesie docto. in e. quam sic de electan. 6. tum ne mandatum sit sine effectu. [ vel dicit gl. in d. cle. auditor. loqui in auditore extra curiam, secus in curia, sed precedens est melior. ]

Ad hæc quando Papa facit alicui gratia motu proprio, vt hic, vel de plenitudine potestatis, tunc executor poterit conferre, & alias prouidere, cum sit datus ad prouidendum. c. si capitulo de concess. preb. in 6. Inno. & alij in d. c. super eo.

Nec me mouet quod Papa non intendit alicui præiudicium facere, vt dicitur in d. ca. super eo. & in c. quamuis de rescr. in 6. quia hoc est verum in dubio, secus quando constat, quod hoc vult, vt hic, vbi mandat conferre & assignare, executor non assignaret, si tantum præsentaret: sic consilij pro magistro Laurentio Berardo clerico Heduen. dicec. Romæ degente, qui è Roma misit ad me hoc dubium cum alijs, vt consulerem, & fusius loquor in d. consil. incip. Parisien.

Quid signi- fient hæc verba, omnia & singula.

**Omnia & singula.** Per hæc verba non solum factum, sed etiam qualita- tem facti vult exequi, cum hæc verba omnia & singula, hoc importent. gl. in c. vt cir- ca in ver. omnia de elec. in 6. Barba. sequitur eam in cons. 37. plan. col. 3. in 3. vol. & cons. 74. omnia que. col. 2. ibidem & cons. 59. a loue. col. 2. ibi. & c. si quis presbyterorum. col. 2. de rebus eccles. non alie. vide Fel. in c. eam re. col. 10. & seq. de rescrip. vbi dicit sufficere quo ad mentem sic dice- re, omnia in literis contenta exequi cure- tis. Sed additum fuit singula, ad euitandū friuolas: licet subtiles occasiones, ne quis forte dixisset, aliud vniuersi, aliud singuli: natura ergo istorum verborum est, vt nil prætermittatur. las. in l. 1. col. 4. ff. de leg. 1. alle- gat Bar. cons. 113. qui hoc non dicit. vide gl. in ver- bo, omnia supra in forma manda. Fel. in c. sedes. col. 9. in 6. declaratione. de rescrip. Card. in c. vno. §. sanè. de statu monach.

In clausu- la in omni-

**In omnibus, & per omnia.** Gene- ralisima sunt hæc verba, teste Lud. Ro. cons.

82. col. 2. quod ad id. & valde latissima. Ang. cons. 6. bus, & per- lita est. vbi dicit quod licet latissima sint, re- omnia- cipiant tamen interpretationem, ne ad in- quid pro- tellectum iniquissimum perducantur, sed sit. coaptentur iuri communi quantum pos- sunt. & sic recipiant restrictionē, ne sequa- tur absurdum vel inconueniens, & etiam recipiunt restrictionem datam ab alijs iu- ribus. Alex. & alij. l. 1. de leg. 1. sequitur Cur. cōf. 50. memorie. nu. 194. vers. 4. corroborantur. qua- si velit dicere tex. curetis exequi mandatū in omnibus & per omnia, id est, sine aliqua exceptione, & plenē in omnibus suis parti- bus. l. 2. §. furiosus. ff. de iure codicil. secundum tamen iura & consuetudines regni.

Item finito mandato & extincto, non poterunt executores exequi. gloss. in regula Iulij 2. in vl. parte. vbi dicit quod si Papa concessit priuilegium instar descriptorum in rotulo Papa, quod sicut per mortem Pa- pæ, expirat priuilegium familiarium de- scriptorum in rotulo, ita & istorum. vide ibi, quia sublato principali & accessorium. l. cum prim. ff. de reg. iur.

& exequi curatis a contradic- tores (prout iustitia suadebit) ad hoc compescendo, non obstantibus om- nibus quæ dictis literis volui- mus non obstare. Datum, &c. Pro regularibus b autem similis forma c illis

**a Contradictores.** De facto. iuris au- tem contradictores non poterit compe- scere. gloss. singul. in cap. pro illorum, in verbo, rradictoris contradictores de prebend. text. in cap. si cui. illo. quis ve- nit in 6.

Appella- tione com- rradictoris quis ve- nit & molestia.

Idem si dicatur, amoto quolibet con- tradictore, intelligitur de contradictore de facto, & non de iure, per illam gl. quam sequitur Corset. in singu. incip. molestia, vbi plus tenet, quod si quis prohibitus sit mo- lestare aliquē, intelligitur de facto, per gl. in l. si seruum §. pretor. ff. de acq. here. Et verba reuocetis in irritum quicquid fuerit in ta- li causa factum, intelliguntur illegitimè factum text. & ibi Pan. in c. audita. de restit. spol. factu. c. 1. vbi Barb. der. scrip. & in d. c. pro illa-

rum. Possem adducere sexcenta similia, quæ tradunt doct in l. quidam cum silium. ff. de ver. obl. Fel. in c. causam. col. ii. & seq. vers. non obstante. de rescript. Barb. in repe. ca. Raynaldus. col. 123. de testa. & conf. 12. scribitur. col. 7. in 1. vol. ac conf. 59. clementissimi. col. 5. & seq. ibidem. & conf. 38. præclare. col. 5. in 2. vol. ac conf. 44. illud afferam. col. 2. in 3. lib. ac conf. 56. à ioue. col. 5. ibidem. necnon in conf. 79. illud col. 9. in eod. vol. & conf. 4. illud. col. 10. in 4. vol. & conf. 40. clementissimum. col. 7. ibidem. omittit Alex. conf. 52. viso testamento. in 2. vol. Alios etiam nunc missos facio, ne turba allegationum lectorum fatigem.

**Executor in regno Francie non excommunicat.**

Non tamen potest hic executor excommunicare. Do. in c. i. in fi. prim. de conce. præb. in 6. vbi dicit executores non habere iurisdictionem, nisi contra resistentes, vel rebelles indebitè, sed in hoc regno seruatur, quod executor non posset compescere etiam contra dictores de facto, sed hoc fit per ordinarios, nec etiam potest excommunicare, sed tantum conferre. & si excommunicet, ab eo ad senatam tanquam ab abusu appellatur, vt vidi vsu venire, & ipse compellitur suo sumptu absoluerè; nec posset hic executor aliquem impediendum priuare beneficiis. Dom. in c. f. §. 1. col. 2. de homi. in 6. quem sequitur Deci. in c. i. col. penult. de offic. dele. quia priuatio beneficii non fit sine magna causa. c. inuentum. 15. q. 7. Et etiam quia eidem non est concessum: ideo extra concessa non faciat. ca. cum dilecta de rescript. & in hoc text. dicitur prout iustitia suadebit, nec exceptiones aliquas recipit, licet de iure secus. c. dilecta. & ibi Perus. vlt. nor. de appel.

**De clausula amoto quolibet actemore.**

Aliquando in rescripto solet apponi, amoto quolibet detentore, quæ operatur, vt rescriptum valeat, non facta mentione possessionis coloratæ alterius: quod alias non valeret. c. proposuit. in fi. & capi. cum nostris. de conce. præb. Inol. in c. cum vniuersorum. col. 1. de rer. perm. Intellige etiam si apponatur tantum in literis executoriis, quia in literis gratiæ non solet apponi. Fel. in c. in nostra. correla. 36. de rescript. allegat. consilium Card. corrupte tamen. vide conf. 31. cum inter. in fi. Sed contrarium tenet Cald. conf. 25. an valeat. vlt. de præ-

bend. & Franc. Curtius in conf. 3. placet. col. 1. inserto post tract. feudo. Et is executor ordinem iuris seruare tenetur. teste Collect. in d. c. pro illorum. col. 2. nisi in hoc regno, vt prædixi. [Apponi etiam solet data in his literis eadem, quæ in mandato, quia eodem momento concedi solent, & hæcenus de forma executorialium.]

**b Regularibus.** Li dicuntur, qui ad viuendum secundum regulam, quam professi sunt, tenentur, siue sint monachi, siue canonici regulares. cap. quod Dei timorem, de canon. statu monacho, hoc expressè declarat Hosti. in summa. de reg. §. 1. vbi plus dicit in §. seq. quod regularis dicitur ab illa regula, quæ ad recta ducit, & normam rectè viuendi tribuit, & quod distortum prauumq; est corrigit. c. regula. 3. dist. & ij profitentur tria substantialia regulæ, paupertatem, castitatem, & obedientiam. c. cum ad monasterium. de statu monach. & in rub. de regula plenè doct. tradam. tu illos, si liber, videro, & que dicitur tra. nom. q. 15. nu. 23. & in gl. religiosus. & gl. seq. §. 1. supra de noni. reg. Seculares dicuntur omnes qui non profitentur regulam. Bal. in c. licet. de offi. ord. vbi vide gl.

Vnde Papa hic non ponit formam regularibus, sed vult vt conueniens istis formis alia detur, & vnam scripsi inferius, ne quis super hac forma decipiatur.

**c Similis forma.** Similis dicitur forma, quia generaliter ad omnia beneficia regularia debet dirigi hoc mandatum ad dignitates & officia: sicut mandata data secularibus, & sunt dati executores, & clausulæ substantiales posite in mandatis secularium debent poni in mandatis regularium. Sunt tamen multæ differentie, vt licet videre. no. tamen minus dicitur similis forma, licet non omnino similis sit. rex. in c. ubi qui. & ibi Alex. de Anilla. in vlt. opp. de rescript. in 6. Item dicitur simile, quod non est idem formaliter, nec per omnia, sed est idem in effectu, & ratione. text. & ibi Bal. & las. in l. qui liberis. in princ. ff. de vulg. l. si quis empiricus. §. 1. glo. simili. C. de præscript. 30. anno. l. si quis. ff. de colla. bon. vnde dicit Boerius super vlt. de Topica Tullij, quem citat Lon. And. in c. non potest. vlt. de

est. de preb. in 6. quod similitudo est rerum differentium eadem comparatio, seu qualitas. & alibi dicit Bald. in l. si quis non dicam. col. 1. C. de sacrosanct. eccle. quod similia sunt, in quibus est eadem ratio, vel quando est eadem qualitas. Sed eadem sunt, quorum est eadem substantia. Euerard. in suis locis legalibus, in loco à simili fol. 23. & seq.

Et illa sunt similia, quorum sunt diuersi termini, & vna ratio, vel qualitas. l. queritur. ff. de sta. hom. Bal. in l. neque ff. de legib. vel simile dicitur, quod est simile quo ad quædam, & non quo ad omnia. l. 1. ff. de arbur. §. inter. instit. de nup. quod facit pro testibus concordantis, vi per Pan. & Dec. in c. cum venerabilis. in gl. 1. de excep. vel similia dicuntur, ubi est eadem ratio in genere, sed non in specie, & sic non videtur requiri omnimoda similitudo, nisi in suo genere. l. non solum. §. qui principium. ff. de excus. tut. gl. nor. in c. non potest. in verbo, curiam. de preb. in 6. vel simile est quod pari æquitate, vel maiori nititur cum eo, cui assimilatur. argu. l. si quis seruo. C. de furt. Archid. in c. 2. in fin. de procul. in 6. Et sic non requiritur totalis similitudo, sed in eo de quo agitur, vel ad quod confertur. c. cum dilecta. de confir. vtil. c. per venerabilem. §. verum. qui filii sunt legit.

Et propriè illa dicitur similitudo, quando est plena similitudo. & ubi sunt plures conuenientie, quam differentie, alias non dicitur similitudo. Bald. & Ias. in l. 1. C. de iure emphyt. Et multa de hoc argumento à simili tradit Claud. Cantuuncula in Topica iuris, & nouissimè Io. Appellus in sua methodica, ac Christo. Hogenor. in arte differendi. & Octo limitationes Fel. in c. 2. col. 4. no. 4. de sponsa.

Et sic cum certa forma pro regularibus non assignetur hic expressè, pro modico defectu non debet illorum mandatum annullari, si habeat clausulas substantiales. ideo quandoq; dixi mandatū regularis esse validum, licet in eo ista clausula nō esset scripta, eiq; cura immineat animarū, cum primò expresserit curatum beneficium. & ista clausula, eiq; cura, &c. non est nisi quedam declaratio, quæ satis ex supradictis apparet, idem dico si ista verba essent in mandato regularis, dummodo electiuus,

electiuus, vel electiuum, & dignitas conuentualis non existat, quia intelligitur tantū excepta dignitas conuentualis electiuus, sicut solet in aliis mandatis excipi, ideo est quedam interpretatio non restrictio, cum copulatiuè tradatur, secus si alternatiuè verba in mandato inferantur, vtpote dummodo prioratus, seu alia dignitas conuentualis, vel officium huiusmodi claustrale non existat, quia nimis restringeret dictū mandatum, & sic hæc forma vltima fuit reprobata per Senatum. Paris. ann. 1536. Iulii 21. in vigilia diuæ Magdalenæ coadunatis duabus cameris, magna videlicet inquisitionum & noua inter dom. Renatū Royer presbyterum. Io. Rosseau, & fratrem Ioan. Vincen. appellantes ex vna, & fratrem Carolum Seum intimatum ex altera.

Notandum est, quod hoc argumentum à simili, si ritè sumatur, est forte, & tollitur data dissimilitudine. l. inter. §. sacrum. ibi, sed hæc dissimilia sunt. ff. de verb. obl. gl. in c. sicut vrgeri. i. q. 1. & c. nuptiarum. 27. q. 1. ideo allegans similitudinem, ea probare debet, saltè colorate. nam non est credendum simplici verbo, dicentis l. actor. C. de prob. Io. Bapt. in repet. l. omnes populi. circa fin. ff. de iust. & iure. postquam quis ostenderit simile, qui vult dicere non esse, probare hoc debet. Pan. & alii in c. translatio. de const. Vnde aduocatus Probari debet esse cautus ad ostendendam esse dissimilitudinem, vi Papa facit in c. per venerabilem. vers. verum. qui filii sunt legit. Alex. in add. ad dissimilitudinem. Bart. in l. quod Nerua ff. de posi. Bald. & alii in l. non possunt. ff. de legib. Et de triplici similitudine tradit Sceph. de Fede. in tracta. de interpretatio. iuris, in vltima parte. col. 2. Bened. in repe. c. Raynuius. in verb. mortuo. in 2. n. 38. de test. Feli. in c. capitulum. col. 2. vers. nullum simile. de rescriptis. multa ego ipse addidi ad l. non possunt. vide Bald. & alios in c. inter ceteras. de rescriptis.

**Conueniens a detur.**

*Conueniens.* Conueniens dicitur si regularia mandet prouideri in mandatis regularium, in multis tamen differunt à mandatis seculariū: quia in his dicitur, vitæ ac morum honestas, &c. vel si sit graduatus, literarum scientia, vitæ, ac morum regulariū.

*Differentie inter mandata secularium & regulariū.*

cura honestas in mandatis verò regularium dicitur, venerabilis religionis zelus. *ve patet in prouin. fol. 66. rub. de exordis in beneficiis. & infra in forma sequenti patet.*

Secunda differentia, quia regularis nō solet creari canonicus ad effectum obtinendi dignitates, *ve infra licet videre in forma seq. in secularibus fecus, ve supra in proxima forma habetur.*

Tertia differentia est, quia in mandato regularis directo abbati non habenti nisi collationem in ecclesiis sui monasterii, nō apponitur clausula, vel alterius ecclesiæ, *ve supra dixi.* Tutius erit tamen apponere, ne processibus innoluatur quis, sed non necessarium, & si non apponatur, mandatum non erit nullum. Secus in mandato secularis, *& ibi dixi.*

Quarto, non solet pro monachis poni clausula, etiam si parrochialis ecclesia, vel eius perpetua vicaria, quia ipsi nō debent ecclesias parrochiales obtinere. *cap. cum de beneficio. de præb. in 6. Pan. in ca. de monachis. de præb. & ca. quod Dei timorem. de statu monach. dixi supra non procedere in canonicis regularibus S. Augustini. & Premonstraten.* Aliquando ex privilegio conceditur etiā monachis S. Benedicti, ut possint eas habere, quæ sunt illius ordinis.

Quinto, non vidi apponi in mandatis regularium, etiam si parrochialis, &c. aut capella, vel perpetua capellania fuerit, quia regulares non solent habere illas capellas, aut capellanas, si tamen haberet, esset necessarium in mandato inferere, & qui dicit regulares collatores habere capellas, probare debet. *l. ei qui. ff. de proba. sed in mandatis secularium est necessaria illa clausula, ve licet supra in form. mandati videre.*

Sexto, in mandatis regularium solet apponi de beneficio per monachos vel canonicos dicti monasterii obtineri solito promideri possit. & in eadem forma dicitur beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, per eosdem monachos obtineri solitam, &c. in mandato verò secularium generaliter mandatur, ut in eo est videre.

Septimo, in mandatis secularium dicitur, si extra Rom. curiam vacare contige-

rit, &c. intendit Papa de illo non mandare in mandatis regularium non apponitur illa clausula: quia monachi extra suū monasterium residere non debent. *l. placuit. c. iuxta. & seq. in q. i. Ideo illa clausula non solet apponi. Si tamen apponeretur, non vitia; quia superflua non vitiant. l. restantur. c. de testa. & bonum est apponere propter resignationes, quæ in curia fiunt. Hodie frequentes sunt in curiis, ita ut quidam diceret eos videri in tribus Deo similes. Primo, quia ubique sunt, etiam aliquando in lupanari. Secundo, quia omnia noua sciunt, vagando sic per ciuitatem. Tertio, videntur Deo similes in non peccando, *Deo similes* quia eum accusantur, nimis se defendunt, nunquam se peccasse dicentes.*

Octauo, clausula in fine mandati secularium apponitur, videlicet seu si dictus N. præfens non fuerit, &c. non apponitur in mandatis regularium, quia hic semper debet esse præfens in monasterio, nam sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus. *ca. placuit. 2. in 6. q. 1. Aliæ differentie colliguntur ex his formis. vide que dixi in §. volumus. in gloss. concedentiam. de collatio. sup. Sufficit tamen quod regularis impetret mandatum directum regulare etiam alterius ordinis, tum quia omnes sunt regulares, & omnia beneficia regularia. *ve in §. volumus. de coll. supra dicitur regularia conferenda regularibus, & non dicitur eiusdem ordinis. nec obstat lex regni. in tit. de mandari. 6. in ord. reg. quia illa lex non facit irritam mandatorum concessionem, nec potest facere, imò illi est derogatum per concordata, quia ibi statutum fuit per modum prouisionis: ideo per concordata non est prohibitum ei ius concessum.**

Notandum est, quod formam sequentem posui pro regularibus, quia multa dubia quotidie vidi occurrere super illa. & sciendum est differre à proxima superiori, quia illa dirigitur duobus, ista vni: illa secularibus, hæc regularibus, illa ad secularia, hæc ad regularia, illa datur primo mandatario, ista secundo. aliæ differentie patent ex inspectione vniusc; formæ: *& in proxima gl. dixi alias differentias.*

Forma mandati Apostolici pro  
Regularibus.

**E**o episcopus seruis seruorum  
 Dei. Dilecto filio N. abbati mo-  
 nasterii sancti N. ordinis san-  
 cti Benedicti diocesis N. Sa-  
 lutem & apostolicam benedictionem.  
 Religionis zelus, vite ac morum hone-  
 stas, aliaque laudibilia probitatis, ac vir-  
 tutum merita, super quibus dilectus filius  
 N. monachus monasterii tui, apud nos fi-  
 de digno commendatur testimonio, nos  
 inducunt, vt sibi reddamur ad gratiam li-  
 iberales. hinc est quod nos cupientes, vt ei-  
 dem N. iuxta illius quæ per felicitis recod-  
 nationis Gregorium Papam 9. prædeces-  
 soris nostrum, ad tunc episcopum Nouion.  
 directa extitit, quæ incipit mandatū, & a-  
 liarum duarum illā immediatē sequentiū  
 decretalium formas, de aliquo beneficio  
 ecclesiastico, cū cura vel sine cura, per mo-  
 nachos dicti monasterii obtineri solito ad  
 tuā collationē, nominationē, seu præsentationē,  
 & aliā quamcūq; dispositionē, pro-  
 uideri possit, ac volentes præfato N. qui vt  
 accepimus, ordinē ipsum expressē profes-  
 sus extitit, præmissorum meritorū suorū  
 intuitu gratiā facere specialē, ipsūq; N. à  
 quibusuis excommunicationis, suspensio-  
 nis, & interdicti, aliisq; ecclesiasticis sen-  
 tentiis, censuris, & poenis à iure vel ab ho-  
 mine quauis occasione vel causa latis, si  
 quib. quomodolibet innodatus extitit, ad  
 effectū præsentū dūtaxat cōsequendū ha-  
 rum serie absoluentes, & absolutū fore cō-  
 sententes nec non omnia & singula beneficia  
 ecclesiastica, cū cura, & sine cura, quæ di-  
 ctus N. etiā ex quibusuis dispensationibus  
 obtinet, & expectat, ac in quib. & ad quæ  
 ius sibi quomodolibet competit, quæcūq;  
 quotcūque & qualiacūq; sint, eorumq;  
 fructuum, reddituum & proventuum ve-  
 ros annuos valores, ac huiusmodi dispen-  
 sationum tenores presentibus pro expres-  
 sis habentes motu proprio non ad ipsius  
 N. vel alterius pro eo nobis super hoc ob-  
 laræ petitionis instantiā, sed de nostra me-  
 ra liberalitate discretioni tuæ per aposto-

lica scripta mandamus, quatenus etiam si  
 tibi pro alio de vno tantum beneficio scri-  
 pserimus, qui simile mandatū, aut similem  
 gratiā prosequatur, beneficium ecclesia-  
 sticū, cū cura, vel sine cura, per eosdē mo-  
 nachos obtineri solitum, etiā si prioratus,  
 præpositura, præpositus, dignitas, perso-  
 natus, administratio vel officium, aut ca-  
 pella vel perpetua capellania fuerit, eique  
 cura imminet animarū, dūmodo electi-  
 uis, electiua, vel electiuum non existat ad  
 tuā collationē, prouisionē, præsentationē,  
 nominationem, seu quamuis aliam dispo-  
 sitionē pertinens, si quæ, quā, vel quod post  
 mensē, postquam præsentis literæ tibi  
 præsentatæ fuerint, extra Ro. curiam va-  
 care contigerit, eum omnib. iurib. & per-  
 tinentiis suis eidem N. cōferas, & assignes,  
 ac de illo etiam prouideas, seu eum ad il-  
 lud præsentem, vel nomines, inducens eun-  
 dem N. vel procuratorem suum eius no-  
 mine in corporalem possessionē beneficii,  
 iuriumq; & pertinentiarum prædictorū,  
 & defendens inductum, ac faciens N. vel  
 pro eo procuratorem prædictū ad benefi-  
 cium huiusmodi quodcūq; fuerit (vt moris  
 est) admitti, sibiq; de illius fructib. redditi-  
 bus, prouentibus, iuribus, & obuentioni-  
 bus vniuersis integrè responderi, [decer-  
 nentes eundē N. cū primum possessionem  
 dicti beneficii, si sibi vigore presentium cō-  
 feratur pacificè assecutus fuerit, si dicti  
 monasterii monachus nō sit, de monaste-  
 rio cuius monachus extitit, & vt accepimus  
 ordinē ipsum expressē professus ad  
 monasteriū N. huiusmodi apostolica au-  
 ctoritate transferendum, ipsūq; inibi in  
 monachum & in fratrem recipiendū, ac syn-  
 cera in domino charitate tractandū fore.]  
 non obstantib. constitutionib. & ordina-  
 tionibus apostolicis ac monasterii, & or-  
 dinis prædictorum, iuramento confirma-  
 tione apostolica, vel quauis firmitate alia  
 roboratis (statutis & consuetudinib. cōtra-  
 riis quibuscūq;). Aut si tibi ab apostolica  
 sit sede indultū, quod ad receptionem vel  
 prouisionē alicuius minime tenearis, quod-  
 que de huiusmodi vel aliis beneficiis ad  
 tuā collationē, prouisionē, præsentationē,  
 nominationem,

nominationem seu quamvis aliam dispositionem, spectantibus nulli valeat prouideri per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat, quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Datum Romæ, &c.

*Vide quãdo dirigitur mandatum regulis pro secularibus impetratum.*

Sed quia aliquando vidi impetrari mandatum per seculares directum regularibus, & parum differt à forma prima supra posita, nisi quod in isto dicitur Leo, &c. decretalium formas de beneficio ecclesiastico, cum cura, vel sine cura, per clericos seculares obtineri solito, etiam si parochialis ecclesia, vel eius perpetua vicaria, aut capella, seu perpetua capellania fuerit, ad vestram collationem, &c. Et postea dicitur qui similem gratiam sequatur beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, per eosdem clericos obtineri solitum, etiam si parochialis ecclesia, vel eius, &c. alia ponuntur clausula, sicut in prima supra habetur, alia ibidem vide.

Non ponitur hic forma literarum executorialium pro regularibus, quia parum differt à secularium forma, de qua supra ideo eam missam facio.

#### De causis.

*Omnes & singule cause debent decidi apud iudices in paribus: exceptis maioribus, hoc sit loco summæ.*

**S**tatuimus a quoque & ordinamus quod in Regno, Delphinatu & comitatibus prædictis, omnes & singule causæ, exceptis maioribus in iure expressè denominatis, apud illos iudices in partibus qui de iure aut consuetudine præ-

scripta vel privilegio illarum cognitionem habent, terminari & finiri debeant.

**H**ic ponitur causa pro conflictu iudiciali, quæ definitur sic in cap. forma, §. causa, de verb. sign. Causa est materia & origo negotii nedum discussionis examine patefacta, quæ dum proponitur, causa est, dum discutitur iudicium, dum finitur iustitia, & dicitur à casu quo venit, ut in dicitur. & Lucas in l. vna. Cod. de sent. aduer. ff. lat. lib. 10. Et quot modis causa sumatur, tradit Alber. in dictiona. in verb. causa, & ibi addidi. & Lanfranc. in repet. clem. vna. de causa possess. R. Uger. de mora, & alii in rub. de causa possess. Socin. in repet. c. ad audiendam. ver. sumo. de homicid. Plenius tractavi in l. appellations. 2. ff. de verb. signifi. Et causæ dicuntur hic generaliter tam ante litem contestatam, quàm post, sic in l. 2. §. si autem causæ adhuc pendentes. Cod. de iur. iur. propter claudan. l. propterandum. de iud. authen. quæ sent. C. quomo. & quando iudex. ca. super questionum. §. nos autem. de offic. dele. & gloss. in l. causas. C. de transact. dicit causam esse quæ habet in se controuersiam secundum Tullium, & sic post litem contestatam, quam sequuntur Iacob. Burdig. Bald. & Salic. sed alteram opinionem tenent communiter alii ibidem. & Rom. consil. 412. pro habenda. Georg. Naran. in repet. clem. sepe. in princ. colum. 5. in verbo, causas. de verb. sign. intellige tam de causa ciuili quam criminali, cum generaliter accipitur, licet multæ sunt differentiæ inter causas ciuiles, & criminales, quas tradit pulchrè Hippol. Marsil. in sua practica. §. expediam. num. 62. cum seq. Et intellige etiam de causis mixtis, & etiam de prophanis, & spiritualibus. ut intelligit gloss. in clem. 1. de re iudic. & expressa gloss. in §. statuit. eod. tit. in pragm. Hic multa dicerem de causa, sed forte extra oleas. Item causa quedam est principalis. Altera secundaria, & quando prima instantia tractatur summarie, ita & secunda tractari poterit. esse Cassad. in decis. 8. fuit etiam rub. de rescrip. & vtraque est duplex scilicet vniuersalis, & particularis, alia mediata, alia immediata. Bald. in l. ex placit.

placito. q. 1. C. de ver. pennis. declarat Albe. Brun. in tract. de forma solen. actus, in rub. prima: & de causa efficiente, formali, & finali, declarat Calder. in proximi. Decretal. & Christo. Por. in proem. instr.

a *Statuimus.*) Regula ergo hic sumitur æqua & iusta, quod quilibet in sua provincia & coram suo iudice est conueniendus. Et causæ in partibus coram iudicibus ibidem iurisdictionem habentibus tractari debent, & decidi. quæ in provincia. C. ubi de crimi. agi oportet. §. 3. q. 6. per totum. ubi in summa gl. tradit casus fallentiales. §. 6. q. 3. etiam per totum. [de verbo, terminari vide text. in l. i. iurandum & ad pecunias. §. pen. ff. de iur. iur.]

Ex quo patet cum sit hic conuentum inter Papam & sedem apostolicam, & inter regnum & regem, quod vna pars non poterit causas regni committere aliis quàm suis iudicibus, tum quod derogaret ordinariæ iurisdictioni, tum quod subditos vexaret ad hæc, quod vna pars conuentioni factæ derogare non potest. \*Vides per hunc rex. quàm iusta sint edicta, vel indulta dispensentia, vt in magno consilio, vel alibi quàm coram suis iudicibus causæ. in i. tractetur instantia.

*Laiens nō prorogat iurisdictionem sine domini consensu.* Imò etiam cum consensu vtriusque partis non posset per laicum iudicis laici sine domini consensu de consuetudine in Francia prorogari iurisdictioni, sicut nec ex vassalli consensu. no. in l. ff. de iud. §. in cap. ceterum. illo tit. Pan. in c. ex transmissa. primo. nor. per illum text. de foro. compet. [Capit. in decisio. Neapol. quæst. 9. In causa vertente. & quod vassalli non possint contradicente domino coram alio iudice litigare, fuit in supremo iudicatum senatu Bardegalen. vt Boer. refert in decisio. suis. q. 14. florentinus. posset tamen laicus prorogare iurisdictionem vnius iudicis regii in alium regium, quia tunc regis non interest, & ita seruatur. Io. a. Fab. in l. si qui. C. de epis. audien. Imò si subditus alicuius proroget iurisdictionem regiam, non remittetur etiam domino requirente, vt docet Auf. in arresto 17. in stilo parl. Bar. Alex. & alii in l. 1. §. & post operis. ff. de no. ope. nunc. quod nos. in §. pro re. 2. de prob. feud.

alie. per Fred. Bal. in c. de causis. colu. 4. in fin. de off. deleg. §. col. 7. ubi dicit iudicium esse speciem alienationis. per no. in l. ait. pr. cor. ff. de iur. delib. facit rex. in c. significantibus. de off. deleg.

Et quia iurisdictiones in Francia sunt patrimoniales. Bened. in repe. c. Raynuius. in verb. duas. de testa. & in bonis nostris. Bell. i. me. ra. conf. 42. dominus. col. 3. ideo domini interest ne suum patrimonium minuat: eo petit cum suo subdito remissionem fieri ad suam iurisdictionem. Massue. in rub. de remissio. in prim. & ita vidi seruari. Et sic anno 1520. die 20. Ianuar. fuit recepta appellatio religiosorum S. Bertini, eo quod de Benes citauerat subditos istorum religiosorum coram eo, volens iurisdictionem in eos exercere, dicens se in possessione, & quod religiosi edicto possessorio venire debebant, tamen quia constabat eos esse subditos religiosorum ad eos fuerunt remissi.

Iraq; iurisdictiones sunt ita hodie in patrimonio nostro, sicut asinus in patrimonio Rustici, & venduntur, & transferuntur de vno in alterum, teste Petr. Jacobi. in sua pract. rub. de successio. regni. Francie. in fi. [Alber. in l. 1. colu. pen. ff. de off. eius cui.] adeo vt subditus alicuius domini perpetui non possit coram extraneo iudice, sine licentia domini sui litigare, nec submittere. gl. in §. pe. de prob. feud. alie. per Fred. Bal. in magna in verb. l. 1. q. 7. nisi contrahendo sub sigillo regio, vt fuit decisum die vlt. Iunii an. 1534. in senatu, & de duobus presbyteris litigantibus coram dominis supplicationum, quod non possint prorogare, etiam fuit decisum eo anno, die 2. Martii. Quid de clericis, plene discutit gl. in verb. finantur. eo. ti. in pragm. Et de multiplici prorogatione tradunt doct. in c. P. & G. de off. dele. quæ parum vsu venit in Francia. ideo eam missam facio.

Nam superior laici potest suis subditis præcipere, nec coram alio iudice litigent, & potest impedire prorogationem iurisdictionis. per rex. in c. ex tenore. ubi Panor. in 2. nota. de for. compet.

Ratio tex. est, ne tollatur seu minuat ordinariorum iurisdictioni, quia ordo confunditur quando vnicuique sua iurisdictioni

FFFF

*Iurisdictiones in Francia patrimoniales.*

*Arrestum.*

*Arresta.*

nō seruatur. c. peruenit n. q. 1. Imō cēfuit fenatus an. 1555. die 21. Nouembris pro quodam nobili Dictauierfi contra doct. apud Bituriges residentem, dominum non posse cogere uallos extra suam iurisdictionem degentes ad litigandum coram suo iudice, etiam in causa feudi, sed est ad eundem iudex regius loci uasalli, ne iurisdictione auferatur illi iudici, in cuius territorio est feudum: licet de iure contrarium sit statutum, c. quanto. de iud. & alia sunt iura quae non sequuntur in hoc regno.]

Secundo, inhumanum est anfractus litis immodicos pro parua causa in longinqua patria facere, ac pauperes opprimere, & testes ac instrumenta quae in provincia quis habet, alio producere. l. 2. C. ubi d. ratio, & aliae rationes assignantur eod. tit. in prag. Intellige istum tex. tam de causis ecclesiasticis, quam aliis, cum hic tex. sit conditus tam à Papa, quam à rege, & causae ecclesiasticae dicuntur quaedam criminales, ut causa haereticis. cap. ad abolendam. de haere. Et aliae de quibus per docto. in cle. dispendiosum. de iud. Aliae causae ecclesiasticae sunt causae articulorum fidei, causae sacramentorum, & deimarum, de quibus consuluit Bella mera, cons. 54. factum est tale. col. 6. vers. quatuor. Et doct. in c. cum sit generale. de foro compe. Siue sint aliae causae ecclesiasticae civiles, de quibus in c. super prudentia. n. q. 2. & sic causae ecclesiasticae coram iudicibus ecclesiasticis regni decidentur, & agent laici coram suis iudicibus eodem modo. Ita uult dicere text.

Causa ecclesiasticae quae dicantur.

Arrestum.

Et audiui anno 1541. die 4. Iulii contra officialem Remensem pronunciarum abusu processum, eo quod citauerat aliquē subditum episcopi Cenomanen. in diocesi Cenomanen. habitantem, coram eo respondendum, cum sua iurisdictione cuique seruari debeat. ut praedixi. Imo fuit condemnatus prior de Cella ad 50. libras partim regi, partim Matthæo molendinario regis applicandas, eo quod D. Matthæum regium Burgenf. in carcere detinuerat quod nollet coram eo priore respondere in actione personali, hoc anno 1310. ut est in lib. consilii cautum.]

Simile ferè privilegium concessit Leo decimus, archiduci Austriae, videlicet ne in prima litis instantia subditi sui extra patriam conueniri possint. ego uidi bulla sub data anni 1513. tercio nonas Iulii. Idem privilegium à rege tamen habent ciues Montipessulani.

Ideo Nicolaus Cheualier, qui promiserat coram officiali soluere iudicatum, cum esset clericus solutus, & postea mortuus ab officiali tanquam ab abusu appellauit, cum tunc esset coniugatus, sed male appellatum iudicauit fenatus, anno 1524. die 24. Februarii, quia matrimonium non exemerat eum ab illa obligatione prima, nec à iudicibus, quo ad praeterita, sed quo ad futura tantum. Item quaedam ff. de iurisdictione. iud. l. ipe. de pōnis.]

Fallit in causis maioribus in iure expressè descriptis, & sedi apostolicae referuatis, quas enumerat gl. & doct. in c. quod nanslationem. de off. leg. gl. in c. si u. v. de excep. pra. la. c. no. de clerico. agr. in c. 6. de trans. episcopi. 89. causas. refer. Spe. in tit. de leg. 5. n. 1. ostendendum. de vnione etiam extra episcopatus. quod Papa possit cognoscere, tradit Guido Papae in decisio. Delphin. q. 103. prag. Et quod non seruatur in hoc regno quia uidi iudices in partibus cognoscere in possessorio.

Secundo, fallit quando ex privilegio aliquis possit cognoscere, ut dicitur in c. quia non derogatur, sed approbatur hic iurisdictione habita ex privilegio, ut in c. a. de privileg. in 6. quando privilegium esset concessum ante haec concordata.

Ideo inferitur quod privilegiati ut conueniant coram dominis requestarum Parisiis existens suos debitores, quod possunt conuenire eos etiam si essent extra patriam resortum, ut sunt doctores regentes facultatis decretorum Parisi & aduocati supremæ curiæ, ac alii privilegiati, poterunt non obstante hoc edicto ibidem conuenire, quamuis sint extra provinciam, & etiam scholastici in resortu coram suis conseruatoribus. Guido Papae in dec. Delph. q. 18. in causa. citat. D. Probus in audis. ad lo. Monach. in c. 2. de refer.

Magister

Magister tamen Ioannes de le Court aduocatus in parlamento, sed consiliarius in castelleto, non potuit tanquam aduocatus vti hoc priuilegio. Arrelto Senatus, anno 1525. die 3. aut seq. Martii.

Consiliarius castellei hodie vti in priuilegio aduocatorum parlamenti. Hoc tamen hodie concessum est locum tenenti ciuili, & criminali, & consiliariis eiusdem curie, atque aduocato & procuratori regis, & causae istorum sunt consiliariis supplicationum commissae, quod priuilegium fuit publicatum in eadem curia anno 1539. & die 16. Iunii.]

Quero quod si aliquis conueniatur extra suam iurisdictionem, an teneatur comparere, communiter tenetur quod sic ad allegandum suum priuilegium. l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. l. non videtur. §. si quis ex alio ff. de iud. quod est verum. quando conueniretur intra regnum, secus si extra, quia tunc est notorium, quod ille non est iudex, ob id citatus non tenetur comparere. per gl. in c. super literis in verbo, nisi fors. de rescri. §. Pan. in c. olim. col. 2. de excep. Et si notorium esset quod iudex non possit de illa causa cognoscere, vipote quia editum regis dicit, quod cognitio feudi spectet ad balliuum si citatus quis fuerit coram preposito, appellare poterit, vt fuit dictum in senatu pro Longolio secretario an. 1543 die 12. Febr. & de clerico citato coram iudice seculari, quod comparere teneatur allegaturus priuilegium censuit Senatus, vt refert Aufre. in stylo parlam. arrelto. 167. Et quando quis citatur extra regnum practica est, vt ille ab abusu appellet ad senatum, qui illum abusum in hoc regno reformat, cum sunt deputati iudices infra in rubr. de poena temere venientium contra concordata, sed si iudex regni nolit remittere citam ad suum iudicem, poterit simpliciter appellare. vid. c. olim. quod est notandum. Et vidi iudicari, vt executor intimari possit, & citari tanquam pars, quia pars extra regnum citari non potest, sic iudicatum fuit, anno 1534. die 15. Februarii, in hoc senatu contra executores cuiusdam abbatis in Sabaudia residentis. Alia pulchra dicit gl. prag. sanctio. ad quam est recurrendum, ne suam operam mihi adscribam.

Arrestum.

Practica quando quis est extra regnum citatus.

Arrestum. Executori quando ap. prag. sanctio. ad quam est recurrendum, ne suam operam mihi adscribam.

Friuola appellatio dicitur vana & inanis. Arch. per illum tex. in ca. cum appellati- bus. de appell. m. 6. allegatur. l. quisquis. C. de res. vend. Etiam potest dici friuola illa, que frustrato- sine grauamine est interposita. not. in ca. vt ruis appel- lationibus. de appell.

Exceptiones friuolae sunt leues, & nul- lius momenti, vt declaro in arbore exceptio- num in fine.

Friuolae excusationes sunt vanae & fu- tiles. veniens de accusat.

Nota quod appellatio habet quatuor naturas. videlicet suspendendi, extendan- di, confirmandi & decernendi. teste Bald. in c. fraternitatis, col. 2. de testibus. §. Fel. in ca. cum noua causa. de re iud. de his plenius in tract. de appell. scribam in 7. tom. consue. reg. Addendum est, quod si quispiam friuolae appellauerit ad curiam, & releuauerit, si postea ipse oblatio non releuat appellatorem ab expensis, vt fuit dictum anno 1533. die 15. Decembris, quia oporteret oblationem fieri in iudicio, postquam curia est saisita appellatione, id est, introducta est appellatio in curia, tamen quando oblatio est iusta, eo quia sine interesse reperitur appellatus, fuit in expensis condemnatus 1534. die 16. Februarii.

inimari- posit. Ali- as est de frustrato- reconful. in l. iutor. ff. de vsur. sic vocat.

in proce- mio supra, sed nolui nouare quicquam. sunt apper- lationis effectus.

Arrestum. Oblatio ex pensarum an sufficiat in- timatione.

De Friuolis appellationibus.

Omissio medio non licet cuiquam appellare, nec ante diffinitiuam sententiam, nisi graua- men sit irreparabile, & tunc ad iudicem imme- diatum appellabitur. hoc dicit.



C ne sub umbra appella- tionum, quae nimium, & nonnunquam friuolae in- terponi consueuerunt, atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium saepe multiplicari, iniustus vexationi- bus materia praebatur: Volumus quod si quis offensus coram suo iudice iustitiae; complementum

FFFF 2